[illegible] Siebie [illegible] et obligatione bonorum immobilium in haereditate Koce Piskuły Consi-
stentium sibi recognoscenti per eundem inscripta summam Trigenta florenos polonos persolui
illis [illegible] quietat emittit inscriptionem eiusmodi Cassat et de bonis ex nunc Conde-
scendit Personali sua recognitione mediante.

Kamienski Koce Piskuły Donatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Bransceñ personaliter Comparens
Nobilis Paulus olim Nicolai Koc sanus mente et corpore existens palam publice ac li-
bere recognouit. Quia Nobili Nicolao olim Gregorij Kamienski et eius Successoribus
bonorum in haereditate Koce Piskuły Consistens in sorte paterna in mansis Piskuło-
wskich totas sortes suas et integras in Campis et pratis et parvis Sylvis quicquid
ipsum in eisdem sortibus Concernit exceptis area una hucusque ubi ipse residet et Sylvis
magnis sibi reservatis, praeterea in sorte Bartoszowska a terram duodecem
sulcorum a fluuiolo graniciae Kocow Bajkow ad viam Zagumienna, inter metas
Pauli Kamienski et Joannis [illegible] Koc iacen item in eadem sorte Bartoszo-
wska in Campo sulcum unum Cum medio ex adverso horrei ipsius Kamienski ab
horreis ad graniciem Kocow Borowijs na Koniecz Krza extenden inter metas eiusd
Kamienski et [illegible] Joannis Koc iacen Cum agris pratis, et omnibus genera-
liter utilitatibus fructibus, attinentijs et pertinentijs nullis exceptis perpetuo et in
suum dedit donauit inscripsit et irreuocabiliter resignauit. [illegible] eius
realem Cum actuali ac pacifica possessione per [illegible] Regni [illegible] et [illegible] duos officiore
acceptandam dat et admittit. Submittitque se idem recognoscens Cum suis suc-
cessoribus de omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus memoratam donationem
suam [illegible] eius successores occasione [illegible] ab omni impedimento iuridico qua-
rumuis personarum propinquarum et remotarum per et ultra omnes [illegible]
nes Terrestres toties quoties opus et necessarium fuerit tueri defendere euincere
eliberare pacificare solusque tam per se quam perquasuis submissas et subordina-
tas personas non inquietare nec impedire sub [illegible] Trium simpliciter taxando
et edicendo. Et Coram officio Castren Capitaneali [illegible] in [illegible]
Terrestri peremptoria respondere. Omnibus in universum [illegible] et defensis legi-
bibusque impedimentis etiam de iure Concessibilibus se et suos successores [illegible] abrenuncendo.

Dabrowski Donatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Bransceñ personaliter Compa-
rens Nobilis Dorothea filia olim Clementis Dąbrowski Consors Nobilis Mar-
tiani Jablonski Cum eiusdem Mariti sui uti tutoris Coniugalis personali assisten-
tia et Consensu spontaneo sana mente et Corpore existens palam publice ac libere
recognouit. Quia Nobili Clementi olim Nicolai Dąbrowski et eius legi-
timis Successoribus totam et integram sortem suam bonorum omnium mobilium
et immobilium in haereditate Jablonna Dąbrowa [illegible] Consisten [illegible]
parentes suos utrosque iure naturali successionis Concernen et sorte [illegible]
[illegible] in hortis agris pratis Campis Sylvis rubetis gaijs pomarijs. et omnibus
[illegible]ibus, Ac generaliter Cum omnibus et singulis utilitatibus fructibus

prouentibus

proventibus redditibus attinentijs et pertinentijs ex eisdem bonis modo quovis prove-
nientibus nihil pro se aut alicui piam reservando seu excipiendo [illegible]
iure suo dominio pro pietate propinquitate aliisque haereditario [illegible]
et irrevocabili donatione temporibus perpetuis dedit donavit inscripsit [illegible]
gnavit. Introm[issionem] etiam ex nunc realem cum pacifica possessione per [illegible] et [illegible]
acceptandam dat et admittit. Pacem quoque tuitionem evictionem omni-
modam occasione praemissorum ab omni impedimento iuridico quarumlibet personarum
propinquarum et remotarum per et ultra omnes processus [illegible] toties quoties
opus et necesse fuerit cavet sub damnis trinis simpliciter taxatis et exdicatis
coram officio praesenti in primo citationis termino peremptoria responsione producendis
exinde sequendis eum et citando omnibus satisfactione. Omnibus contrarijs
exceptionibus allegationibus evasionibus dilationibus informationibus [illegible] appellationibus [illegible]
bus processuum aliisque in universum carendo iuris remedijs et defensionibus [illegible]
busque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores [illegible]
bendo et abrenuntiando sub amissione sua et suorum successorum totius et inte-
gri causa. Salva deportatione frumentorum hyemalium et vernalium
pro anno praesenti satorum et cum ratione bonorum suorum mobilium ac libera com-
mansione sine quovis impedimento ad festum Sancti Adalberti in anno
sequenti Millesimo sexcentesimo quinquagesimo secundo quam ipse donatarius
impugnare non debebit.

Jablonski Donatio

Coram officio et actis praesentibus castrensibus capitaneal[ibus] Bracens[ibus] personaliter compa-
rens Nobilis Clemens olim Nicolai Dąbrowski sanus mente et corpore existens
palam publice et libere recognovit. Quia Nobili Martiano olim Joannis
Jablonski et eius posteris bovem suum in haereditate Jablonia Kościelne
sitis ab eodem Martiano quasi tres sulcos a pariete [illegible] campi ad gra-
nicem Dąbrowska tendentes inter metas Skorzyc et Alberti [illegible] cum
seminatura hyemali nec non bovem coloris czerwonej vaccam coloris czar-
nej cum pullo oves quinque senes et iuvenes tres iuvencam nigram calvam
et capsulam religionis perpetuo dedit donavit et irrevocabiliter resig-
navit. Cui intromissionem realem et usumfructum per [illegible] et [illegible] suos
offose acceptans admittit. Personali recognitione in praemissis mediante.

Dąbrowskiey Reformatio

Coram officio et actis praesentibus castrensibus capitaneal[ibus] Bracens[ibus] personaliter comparens
Nobilis Martianus olim Joannis Jablonski de Jablonia Kościelna [illegible] sanus mente
et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Dorothea
filia olim Clementis Dąbrowski consorti suae legitimae ratione veri dotis post eam ac-
ceptae et in bona sua importatae in medietate omnium et singulorum bonorum suo-
rum mobilium et immobilium in haereditate Jablonia Ecclesiastica consistentium [illegible]
[illegible] paternorum obligationibus quibusvis et aliis quovismodo [illegible]
nunc habitis et in post favente divina clementia habendorum et acqui-
rendorum summam centum sexagenarum polonicalium dotis [illegible]